



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola I. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Cæsaribaronio Sorano S.
R. E. Cardinali Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

IVSTI BARONII
VETERACASTRENSIS
EPISTOLARVM SA-
CRARVM
LIBER V.

EPISTOLA I.

ILL^{mo} ET REV^{mo} D.CÆSARI BA-
ronio Sorano S.R.E. Cardi-
nali

IVSTVS BARONIVS VETE-
racastrensis S.

VANQVAM hoc nouo ver-
tentis anni ingressu, quem no-
bis omnibus faustum felicem-
que esse volo, leti omnis cau-
sa læta potius quam tristia aut
funesta scribere cupiebam Ill^{me} ac Rev^{me}
D^{ne}: tamen cum æterna illa ac mirifica cœ-
lestis prouidentiæ vis: cuius nutu supera,
infra, media imperuestigabili ordine ro-
tantur, funestare potius quam serenare hu-
ius anni primordia voluerit, nō eligere ma-
teriam scribendi, sed oblatam accipere co-

Y s actus

aetus sum. Erat vix recens Archiepiscopatus
hic noster *Moguntinus*, qui instar muri ahe-
nei hæreticorum in *Germania* furiosissimis
conatibus obsistit, à luctu III^{mi} Præfulis sui
D. Wolfgangi, pijssimæ memoriæ, feliciter
restauratus: cum ecce tristissimo atque in-
speratissimo casu, die abhinc octauo, pro-
perantibus in vindictam nostram fatis, in
eandem calamitosissimam viduitatem su-
am relabitur, amissso optimo ac fidelissimo
pastore suo *D. Iohanne e Adamo*: qui febri
maligna correptus, vno octiduo decum-
bens, desperata medicorum, opera sanctissi-
mis Sacramentorum pharmacis instructus
constantissima fide *Catholica Aschaffen-
burgi* in hybernis animam Deo reddidit.
Cuius obitum tāto grauius omnes hic me-
rito ferunt, quanto erat ille Princeps ad cō-
temnendas hæreticorum minas animosior,
ad repurgandas Ecclesias cupidior, ad pro-
mouendam Catholicam fidem publicamq;
tranquillitatem studiosior. Sed est intanta
iactura hæc vna nobis spes reliqua, Deum
Opt. Max. qui nunquam Ecclesiam libidi-
ni prædæque hostium planè expositam vo-
luit, plæclararum huiusmodi virtutum se-
mina inter Illustres *Capituli Metropolitani*
proceres nō parca fruge reliquisse, aliudq;
nobis german (quod ita superi bene faxint)
proxima Electione, cui 13. Calend. Martij
dies

dies statutus est, excitaturum, vnde si non
maiores, & quæ saitem magni ac nobiles fru-
ctus enascantur. Percrebruit & hic fama de
aliorum quorundam in Germania Princi-
pum Catholicorum obitu. Sed quia illi tunc
adhuc fidere non audeo, à nominibus absti-
neo, donec certiora perferantur. Interea tu
vale *Illi^{me} Cardinalis*, ac necessitatem tantæ
Ecclesiæ, quæ reuera hic ab *Romana* proxi-
ma est, precibus Domino Deo iugiter com-
mœda. Mogunt. 17. Cal. Februari. M. DCIV.

EPISTOLA II.

OCTAVIUS PARAVICINVS
S.R.E. Cardinalis

IVSTO BARONIO VETE-
racastrensi S.

MAGNA sanè cum voluptate ex litteris
tuis accepimus, quod vir nobilis &
egregius *Fridericus Husmannus* in Catholicorum
castra saluus & constans aduenerit.
Cuius exemplum faxit diuina bonitas ut
multi sequantur. Nos certè speramus, nec
virtuti ac zelo tuo hac in parte parum con-
fidimus. Cum N. N. egimus de re tua pera-
mantur, promittit se fore memorem, ac ut
eo melius esset, peculiari ac intimo libello
quodā suo rem ipsam adnotauit. Ad N. N.
vbi